

Johannes Corfinius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius, SS.
Theol. D. Moralium Professor, & Pastor D. Mar. Ad Exequias, Quas ... Elisabethae
Knupperts/ Dilectissimae suae coniugi, In Templo Mariano hodierno die paratum
est Viduus Moestißimus, Cunctos Universitatis Cives ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771571356>

Druck Freier  Zugang



Corfinius, J.,

in E. Knuppert,

uxor. J. Lüders.

R. 1653.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn771571356/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771571356/phys_0002)

DFG





118.

PROGRAMMA
Quo
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES CORFINIUS,
S^S. Theol. D. Moralium Professor,
& Pastor D. Mar.
Ad
Exequias,
Quas
Fœmina Laudansima, & Lædisima,
ELISABETHÆ
Lidens Knupperis /
Dilectissimæ suæ conjugi,
In Templo Mariano hodierno die paratus est
Viduus Mæstissimus,



Universitatis Cives sedulo &
serio invitat.
• (*) * •
ROSTOCHII,
Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LIII.



BXimia sunt atq; nimis splendida, pronunciata, humanamq; propemodum transcendunt conditionem, qvæ de Sapiente suo gloriantur Stoicorum Doctores, istum enim ajunt in ipsis etiam eqvuleis fore beatum, & in doloribus exquisitissimis lœtari. Hæc admirabundā mente si quisquam evolvat, multò rectius credo demirabitur, fuisse repertos Viros, qui Voluptatem alias in pretio habuere summo, & nihilominus hanc comprobarunt opinionem. Epicurum voluptatis amatorem defensoremq; fuisse acerrimum compertum est, Tullius tamen assertum ejus citavit, quo voluptati omnino nuncium remitti haud immerito censeret, Si uratur Sapiens, inquit ille, si cruciatur, in Phalaridu cauro fieris, dices, Quim s'vare est hoc! quād hoc non euro! Exinde haud abs re & ratione infert Incomparabilis ille Stoicus Seneca, Quare incredibilia hac sunt apud eos, qui virtutem colant, cùm apud eos quoq; reperiatur, apud quos voluptas imperat? Externa equidem mala & adversa innumera occurtere sèpius haud diffidentur laudati Sophi, sed ista non nisi timidis esse timenda addunt, vincenda potius, neq; animo inquieto repellenda autemant; ne tamen ista quæ aversanda sunt optabilia facere videantur, illo modo animi sententiam explanant, incommoda qua talia sunt, nunquam esse optabilia, virtutem nihilosecius optatissimā esse, qua istiusmodi mala tolerentur. Luculento hoc comprobare satagunt militū exemplo, qui adversitates in prælio sexcentas subire, adiunguntur, quas nunquam sane desiderabunt, veruntamen

men quatenus gloriæ victoriæq; mixta sunt bellorum
incommoda nunquam à generoso declinantur milite; ;
haud dispari ratione si optio concedatur sapienti, mol-
liora quidem eligit, at si mutari tolliq; nequeat calamit-
tas, mente intrepidâ hanc superabit. Stupenda sunt, &
admirations per quam digna quæ illi ipsi promunt. sed
fortean quis talia dictis perfacile depingi asseverabit,
cœterum difficillimè re ipsa firmari; Sistent verò Gen-
tiles suos famigerabiles heroas, qui experimento idem
fulcivère, quod Sophi de generositate animi pronun-
ciarunt; sanè masculè exilium *Rutilius*, generose *Fabritius*
pauperiem, ignem quoq; strenuè toleravit *Marius ille*
Scavola, neq; toleravit duntaxat, sed in ipsa quoq; glo-
riatus est flammā, neq; animi lapsum ullatenus declara-
vit. Veruntamen quantacunq; fuerit gentilium decan-
tata illa animi fortitudo, haudquaquam solidiori & fir-
mo niterit tali, neq; à solo rationis ductu unquam
proficiscetur, proinde ad sacratum Spiritus S. Lyceum
ablegandi erunt, qui genuinum exoptant mentis robur,
quo eluctentur ex adversitatum vasto oceano; à Spi-
ritu etenim cœlesti pharmaca apparantur saluberrima,
quibus langventes feliciter confortantur, mœrentesq;
in luetu gravissimo exhilarantur. Huc faciunt Aposto-
lorum *Ireneus* & *divina Monita*; mox enim *Petrus* accla-
mat, *Afflictionum Christi consorte si fueritis gaudete, ut in re-
velatione gloria ipsius gaudetis exultantes*: neq; enim in so-
lens quis reputabit, neq; percelletur, ac si peregrinum
quid accideret, dum exploratio animi fiet per tentatio-
nem; Astipulatur *Jacobus*, *Gaudium solidum reputare*,
(ait) *sicut in variis incidentiis afflictiones, scientes, exploratio-
nem fidet vestra efficiere tolerantiam*; atq; illa suo etiam com-
probavit calculo D. *Paulus*, qui *Christicolas capropter*

in afflictione gloriari inquit, quod tolerans iam illa pariat, unde
deum experientia, & spes nunquam pudefaciens exoritur.
Neq; est quod ex adverso quis existimet, fidos hoste Re-
demtoris Legatos talia stylo duntaxat expressisse, &
pronunciassit in cathedris, reipsa etenim idem præstatis-
se compertum est: Exultabat sane Petrus juxta cum Co-
operariis cum ignominia affecti essent, minis namq; o-
nerabantur, opproprijs exagitabantur, quin & virgis
cædebantur dorsa, neq; verò illi propterea minas eru-
ctabant, neq; retorquebant diras & maledictiones ad-
versus insultantes, ibant potius gaudentes, vultuq; hila-
riori à cōspectu Synedrij Hierosolymitanis discedebant,
sibiq; de tanto gratulabantur honore, quod digni fui-
sent habiti, qui pro Jesu nomine tolerarent contumelias:
Paulum quoq; concatenatis angustiæ compedibus undi-
quaq; constrictum, interiorem nihilominus animi læti-
tiam atq; fortitudinem declarasse constat, & quis non-
demiretur hunc Tarsensem tripudiantem, *Repletus sum
solamine, super abundo gaudio in universa tribulatione nostra*:
adeone idem lætitia superabundare poterat, qui alias se-
sc una cum cœteris Apostolis instar *περιηδαματος τον
τόπου* vlipendi conquestus est & non ipse reticuit quod
decumanos iteratò expertus esset infortunij fluctus, *ad
hoc usq; tempus (ait) esurimus, sirimus, denudatus sumus, colaphiz-
zadimur, & interis erramus sedibus*, nihilominus animi le-
curus non solamine duntaxat se refocillari, sed gaudio
præterea delibutum esse abundantissimo diserte asse-
ruit. Exinde colligere promptum est, Spiritum sacra-
tissimum suo ductu monitisq; genuinam solidamq; ani-
morum fortitudinem efficere, & heroas animare in-
comparabiles, ut impavide divinitus immissa succollent
onera, & illa tolerent constantia animi invicta. Equi-
dem

dem sentiunt afflitti amaritudinem, dolorumq; spicula
vulnerantia, (neq; enim sensum adimit Spiritus) sed
vincunt omnia fortissime, Anteambulonem suum san-
ctissimum imitati , qui cum calicem felle furoris & ex-
candescen^tiæ divine usquequaq; completum evacuan-
dum sibi apponi cerneret , immensas prævidebat diffi-
cultates , neque dissimulabat animi angorem prægran-
dem, nec recalcitrabat tamen, neq; obicem ponebat Pa-
renti , sed patrijs placitis placidâ mente sese submitte-
bat, consentiendo & approbando , ut expediretur ocy-
simè quod paterna antehac decreverat manus ; haud
dispari modo infucati Christi Amatores ac Sectatores
se ad durissima qvævis toleranda obstrictos esse digno-
scunt, quocirca in luctuosis cladibus & angustiæ procel-
lis conqueruntur quidem hæc acerba esse mala , & per-
quam amara, ut lachrymas etiam excutiant & lamenta ,
sed vincit nihilominus amor JESU, cuius stimulus dum
sentiunt, projecta qvævis concoquunt probra , dira da-
raq; tolerantes eadem libenter perferunt & hilariter.
Præcipue verò in morbo*ū* lethalium conflictu, & extre-
mo mortis agone fortitudinis experimentu hoc sistere
præprimis fuerit necessarium, ubi universæ hostium tur-
mæ facto agmine cordis arcem invadent, vallabunt, op-
pugnabunt, in quo incursu robore profecto indigebit
anima, ne in periculosisimo succumbat agone, in quo
nisi victricem obtinuerit palmam, de æternum-duratu-
rā salute omnino deinceps actum erit. Quocirca ma-
ture ad Spiritus armamentarium properare operæ pre-
mium erit, atq; mature panopliam Spiritus applicare con-
veniet, ut in prælijs his, temporibusq; adversis subsiste-
re, & triumphum ducere liceat. Ista omnia laudabilis stu-
dio Macarites nostra Fæmina Lectissima ELISABETHA

A 3

Knippe

Rnupperis ponderavit, quantisper vivorum cætum au-
xit: præsagiebat animus Christo addictissimus spiritua-
les imminere conflictus, & adversa quamplurima in ul-
timi necis agone superanda restare, proinde non ad ex-
tremæ vitæ momenta rejiciebat curam saluti obtinendæ
impendendam, dudum ipsa sollicita fuit, scrutata est,
& sciscitata sedulò, quibus modis medijsq; invictam &
perseverantem animi fortitudinem obtineret. quo circu-
ta Scripturæ evolvendæ amantissima erat, ut instar a-
pis mel cognitionis inde congereret, collatione pariter
& ruminatione frequenti sacra volvebat & revolvebat.
neq; ista rerum cœlestium indagine pretiosius quid-
quam æstimabat, ut firmaretur rore cœlesti pectus.
Hujus honori ultimo hunc destinamus lessum, subne-
ctentes porro illa, quæ vitæ transactæ Majorumq; seri-
em recensendam concernunt. Nata est in urbe hac Ro-
stochiensi Anno millesimo, sexcentesimo, decimo, die
IX. Decembris, Patre quidem Viro Literatissimo &
Spectatissimo, DN. HENRICO Knuppert / in hac
Politia Cive quondam primario, Matre verò Ornatis-
simâ virtutumque dotibus extimâ Fœminâ ANNA
Ohms; Avum præterea laudavit Paternum Virum
Magnificum, & Amplissimum DN. ALBERTUM
Knuppert / Juris Doctorem, & Serenissimi, Potentissi-
miq; Danorum Regis FRIDERICI II. gloriose re-
cordationis &c. Cancellarium & Consiliarium Inti-
mum, Virum in sæculo priori de Regno isto egregiè me-
ritum, & legationibus felicissimè expeditis clarissimum,
Cujus Conjunx erat Pientissima Matrona ANNA
Stöteborges; Avum deniq; Maternum habuit Integer-
rimum Virum, JOACHIMUM Ohm, hujatem Ce-

revissarium & Civem præcipuum, Aviamq; Laudatam
Fœminam I L S A M Nellenblades; quamprimum his
Genitoribus in lucem edita, ac paulò deinceps instar sur-
culi Arborivitæ J E S U per Regenerationis lavacrum
inserta esset, sedulà Parentum curâ in Virtutis Pieta-
tisq; Gymnasio decenter fuit educata, ut probitate or-
namentisq; sexum illum decorantibus corusca, aliquan-
do Marito juncta istum exhilarare valeret. Neq; in-
frugiferam fuisse istam operam locaram non absq; insigni
rei familiaris emolumento expertus est Vir Inte-
gerrimus, & Doctissimus, DN. JOHANNES Lüders /
Cerevisarius, atq; Civis in hac urbe laudatissimus, cui
Macarites nostra matrimoniali fædere fausto sociata-
fuit Anno millesimo, sexcentesimo, trigesimo octavo.
qui maximo mœrore percussus est, simulac desideratissimæ
Costæ obitum sibi suisq; perquam doloriferum
audivit, suam etenim Abigail occidisse, suamque ex-
spirasse Hannam pietatis & industriæ familiaris studio
semper sibi charissimam, suam cordis particulam
nunc avocatam acerbè luget; cumq; antehac Viduus
mœstissimus binis vicibus Costis orbatum expertus sit
torum, nunc tertio iteratam cladem, vulnera pristina in-
simul refricantem, impensè deflet, cui largissimum sola-
minis imbrem, pectus viduatum & exarescens irrigan-
tem, & cœlitus refocillantem appreccamus, ne dolori suc-
cumbat, quem abs cœlesti immissum manu exactè no-
vit. Conjugium per tria lustra adeo concors, adeoq;
erat tranquillum, ut Viriplacæ Deæ nunquam hostias
consecrari opus fuerit, namq; mens una, & conjunctissi-
mus amor nullam cordium divulsionem admittebat;
neque sterile connubium fuit, cum quatuor filiorum, &
filia

filiae unicæ Genitrix salutata sit, ex quibus duo priores
filij, JOHANNES & HENRICUS, adhuc inter-
vivos supersunt, & optatissimæ Genitricis obitum in-
speratum amare deplorant, vivit itidemq; filiola po-
stremò genita ANNA-ELISABETHA, duo verò
filij JOACHIMUS & CHRISTIANUS ante Matrem
hanc dulcissimam telluri jam concredi sunt. Vitam
piè pudiceq; transegit, & quibus cum conversata fuit.
familiariter istorum omnium favorem & benevolen-
tiam comitate morumque decore facile impetravit.
imprimis Servatoris. Verbiq; divini flagravit amore,
quem suis domesticis abundè pià conversatione com-
probavit. Morbum quod attinet, circiter hebdoma-
das tres febri correpta fuit vehementiori, quam alia,
deinceps exceperunt symptomata, cumq; vitæ termi-
num quo vis momento imminere exploratum haberet,
nihil æquè in votis habuit, quam desideratissimum.
S. Eucharistias epulum, quo licet paucissimis abhinc
septimanis refecta fuisset, noluit nihilominus absq; via-
tico illo sacratissimo iterum excepto ad iter extremum
se accingere; Morbo durante ἀληφοφίᾳ fidei egregijs
Verbi sacri Apophtegmatibus exactè declaravit, do-
nec 3. Februarij die inter astantium Propinquorum
suspiria placide exspiraret, cum annum ætatis ageret
quadragesimum tertium.

Hujus Fœminæ laudatæ hodiernâ luce telluri
committentur Exuviae, quas ut frequenti comitatu O-
mnes Academici Cives haud gravatim cohonestent
amanter & sedulò contendimus. P. P. Rostochi
die VII. Febr. Anno 1653.

Instituciur Conventus Hor. I. in Templo
Mariano.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771571356/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771571356/phys_0014)

DFG

GUSTAV KOCH
Buchbinderei
ROSTOCK



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771571356/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771571356/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn771571356/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771571356/phys_0016)

DFG

dem sentiunt afficti amaritudinem, do-
vulnerantia, neq; enim sensum adimi-
vincunt omnia fortissime, Anteambulo
etissimum imitati, qui cum calicem fel-
candescențiae divinae usquequaq; comp-
dum sibi apponi cerneret, immensas pi-
cultates, neque dissimulabat animi ang-
dem, nec recalcitrabat tamen, neq; obice-
renti, sed patrijs placitis placidâ men-
bat, consentiendo & approbando, ut ex-
simè quod paterna antehac decreverat
dispari modo infucati Christi Amatores
se ad durissima qvævis toleranda obstri-
scunt, quo circa in luctuosis cladibus &
aliis conqueruntur quidem hæc acerba esse
quam amara, ut lachrymas etiam excutia-
sed vincit nihilominus amor JESU, cuju-
sentiunt, projecta quævis concoquunt pi-
raq; tolerantes eadem libenter perfervi.
Præcipue verò in morbo lethali co-
mo mortis agone fortitudinis experimen-
præprimis fuerit necessarium, ubi univer-
mæ factio agmine cordis arcem invadent
pugnabunt, in quo incursu robore profe-
anima, ne in pericolosissimo succumbat
nisi vietricem obtinuerit palam, de re-
rà salute omnino deinceps actum erit.
turè ad Spiritus armamentarium proper-
tium erit, atq; mature panopliam spiritu-
veniet, ut in prælijs his, temporibusq; ac-
re, & triumphum ducere liceat. Ista omni-
dio Macarites nostra Fama Lectissima E

A 3



tula
fed
san-
ex-
an-
iffi-
an-
Pa-
tre-
yf-
aud
res
no-
cel-
ver-
ta,
um
du-
ter-
tre-
ere
tux-
op-
il-
quo
tu-
ma-
re-
on-
fe-
stu-
Ha
lipp